



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCLXXII. Papst Bonifaz IX. gestattet der Stadt Salzwedel, daß wegen eines nur vorübergehenden Aufenthalts, den Gebannte darin nehmen, der Gottesdienst nicht eingestellt werden soll, am 2. Januar 1402.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

presentandi in totum prefati beneficij, videlicet altaris beate marie magdalene, siti in ecclesia beate marie virginis in soltwedel, ad prefatos confules est per donatores translatum et hoc perpetuis temporibus duraturum. Acta sunt hec in estuario in magna curia bagutarum, Anno, Indictione, Mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra. Presentibus discretis viris domino Johanne karltede et Schehliao de chuden et quam pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Signum notarii.) Et ego Johannes Confulis, Clericus verdenfis dyocesis, publica Imperiali auctoritate notarius fideliter examinatis et a domino nostro Episcopo verdenfi approbatis et admittis Presentibus constitutis actioni, factioni et ordinationi, cum sic ut premititur agerentur et fierent, vna cum prenomminatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam redegei, quam signo meo solitis et consuetis signavi in evidens testimonium premissorum rogatus et requisitus.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 25, No. 19.

CCLXXI. Markgraf Jobst schenkt dem Hospital St. Georg zu Salzwedel den Platz, da vormals die Judenschule gestanden hat, am 7. April 1401.

Wy Jobst, von gotes gnaden Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Ertzcamerer, Marggraff vnd Herre zu Merhern, bekennen vnd tun kunt offentlichen mit disem Briue allen den, die In sehen oder hören lesen, das wir durch truwes dinstes vnd bete willen vnser liben getrewen Ratman zu Saltwedele, die Sichen tzu Sand Jürgen begyfft, begabet vnd zugeben haben eyn Blech, gelegen in der alden Stat zu Saltwedele, dar vormals der Juden schule gestanden hat, mit aller rechtikeit, als wir die gehabt haben, zuhabene, zubesitzene vnd zu bruchende zu iren Nutzen ane hindernisse. Mit Vrkont des Briues vorfigelt mit vnserm anhangenden Insiegel. Geben zu Berlyn, nach Crists geburt in dem eyn vnd viertzehnhundertten Jaren, des nechsten Donnerstages nach dem heiligen Ostertage.

De mandato dom. marchionis Hinko prothonotarius.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XXXIX, 10.

CCLXXII. Pappst Bonifaz IX. gestattet der Stadt Salzwedel, daß wegen eines nur vorübergehenden Aufenthalts, den Gebannte darin nehmen, der Gottesdienst nicht eingestellt werden soll, am 2. Januar 1402.

Bonifacius, Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Honestis et humilibus supplicum votis, illis presertim, que divini cultus augmentum et animarum salutem concernunt, libenter annuimus, illaque quantum cum deo possumus favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Proconsulum, Consulium et universitatis

opidi Soltwedelen, verdenſis dioceſis petitio continebat, quod ſepe contingit dictum opidum ex eo, quod nonnulli Barones, Milites, armigeri et alii Nobiles et etiam populares ipſarum partium variis de cauſis excommunicationis ſententia innodati et quibus eccleſie ingreſſus exitit interdictus, ad opidum ipſum pro treugis faciendis aut aliis eorum negotiis expediendis ſeu tractandis declinantes, ibidem moram faciunt, eccleſiaſtico ſupponi interdicto et quandoque propter adventum et moram ipſorum excommunicatorum hujusmodi excommunicationis ſententiam animis induratis ſuſtinentium, dilectos filios clerum dicti opidi per plures dies poſt hujusmodi excommunicatorum et interdicatorum ab eodem opido reſeſſum, prout ex forma provincialium et Synodalium conſtitutionum vel proceſſuum ſuper literis apoſtolicis habitorum, quarum ſeu quorum uigore hujusmodi Barones, milites, armigeri, nobiles vel populares excommunicati et interdicti exiſtunt, alias legitime, preter tamen culpam ſeu cauſam Proconſulum, Conſulum et univerſitatis predictorum, ceſſare oportet a divinis, propter quod divinus cultus et fidelium devotio diminuitur ibidem, in animarum periculum et ſcandalum plurimorum. Quare pro parte Proconſulum, Conſulum et univerſitatis predictorum nobis ſuit humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper premiſſis de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui divinum cultum augeri, devotionem populi conſervare, et animarum periculis obviare intenſis deſideriis affectamus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, prefatis clericis, ut, ſi hujusmodi excommunicati et interdicti ob premiſſas et alias cauſas cauſaliter ad dictum opidum acceſſerint, vel ibidem aliquam moram traxerint, etiamſi incole et habitatores ipſius opidi fuerint, vel in eodem opido lares ſuos ſoverint, aut ibidem aliqua bona mobilia vel immobilia obtinuerint dummodo Proconſules, conſules et univerſitas predicta illos exinde expellant, aut ipſi excommunicati et interdicti exinde ſponte reſeſſerint, ut iſdem clericis in eorum eccleſiis, capellis ejusdem opidi in eorundem Proconſulum, Conſulum et univerſitatis et ſingularum perſonarum univerſitatis hujusmodi preſentia divina officia, excommunicatis tamen et interdictis excluſis, per ſe celebrare vel per alios ſacerdotes idoneos facere celebrari, licite poſſint, dummodo opidum ipſum alias ſpecialiter eccleſiaſtico non fuerit interdicto ſuppoſitum, vel id clero aut proconſulibus, Conſulibus et univerſitati prefatis ſeu alicui vel aliquibus eorundem non contigerit ſpecialiter interdici, de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus, apoſtolicis nec non hujusmodi provincialibus et ſynodalibus conſtitutionibus ac aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſeſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſuſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum, III Non. Januarii, Pontificatus noſtri Anno tercio Decimo.

Nach dem Originale des Salz. Archives VII, 3.

CCLXXIII. Die Wittve Herman Wiſtede's ſtiftet in der Katharinenkirche zu Salzwedel drei Lichte zu Ehren der Himmelſkönigin, am 30. April 1402.

In dem namen des heren Amen. Dat de dink gheſchen in der tyt nicht vorghan myt der tyd, ſo ys des nott, dat men dat myt breuen veſtighe vnde beware. Dyt is, dat we Hermen